



THE
EXPERIENCE
OF WORSHIP
IN LATE MEDIEVAL
CATHEDRAL AND
PARISH CHURCH

PROCESSION
IN HONOUR OF
THE HOLY NAME OF JESUS

TRANSLATIONS

SALISBURY CATHEDRAL

SUNDAY, 9 OCTOBER 2011

Antiphon

Asperges me, Domine, ysopo, et mundabor.
Lavabis me, et super nivem dealabor.

Psalm

1 Miserere mei, Deus, secundum magnam
misericordiam tuam.
2. Et secundum multitudinem miserationum
tuarum, dele iniquitatem meam.
3 *Á*mplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato
meo munda me.
4 Quóniam iniquitatem meam ego cognosco, et
peccatum meum contra me est semper.
5 Tibi soli peccavi, et malum coram te feci; ut
justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum
judicaris.
6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in
peccatis concepit me mater mea.
7 Ecce enim veritatem dilexisti; incerta et occulta
sapientie tue manifestasti mihi.

8 Audítui meo dabis gaudium et letítiam, et
exultabunt ossa humiliata.
9 Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes
iniquitates meas dele.
10 Cor mundum crea in me, Deus, et spíritum
rectum ínnova in visceribus meis.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper et in secula seculorum.
Amen.

V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
R. Et salutare tuum da nobis.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens,
eterne Deus, et mittere digneris sanctum
angelum tuum de celis, qui custodiat, foveat,
protegat, visitet atque defendat omnes
habitantes in hoc habitaculo. Pro Christum
Dominum nostrum. Amen.

Purge me with hyssop, O Lord, and I shall be clean:
wash me, and I shall be whiter than snow.

1 Have mercy upon me, O God, according to Thy
great mercy.
2 According unto the multitude of thy tender mercies
blot out my transgressions.
3 Wash me thoroughly from mine iniquity, and cleanse
me from my sin.
4 For I acknowledge my transgressions: and my sin is
ever before me.
5 Against thee, thee only, have I sinned, and done this
evil in thy sight: that thou mightest be justified when
thou speakest, and be clear when thou judgest.
6 Behold, I was shapen in iniquity; and in sin did my
mother conceive me.
7 Behold, thou desirest truth in the inward parts: and
in the hidden part thou shalt make me to know
wisdom.
8 Make me to hear joy and gladness; that the bones
which thou hast broken may rejoice.
9 Hide thy face from my sins, and blot out all mine
iniquities.
10 Create in me a clean heart, O God; and renew a
right spirit within me.
Glory be to the Father, and to the Son, and to the
Holy Ghost. As it was in the beginning, is now and
ever shall be world without end. Amen.

V. O Lord, show thy mercy upon us.
R. And grant us thy salvation.
V. O Lord, hear my prayer.
R. And let my cry come unto thee.
V. The Lord be with you.
R. And with thy spirit.

Let us pray.

Hear us, O holy Lord, almighty Father,
everlasting God, and vouchsafe to send thy
holy angel from heaven, to guard, cherish,
protect, visit and defend all that are
assembled in this place. Through Christ our
Lord. Amen.

Processional Prose

Salve, festa dies, toto venerabilis evo,
Qua Iesus hoc nomen flectere cuncta facit.

Hail, festival day, worthy of reverence in every age
The day on which the Name of Jesus makes all things bow.

Celica namque pavent, terrestria quoque verentur,
Et baratri prope consistere vetat.

For the heavens tremble with fear, and the earth is also full
of fear,
And He prevents hell from standing firm.

Nomen sublimis virtutis, nomen honoris,
Omnia transcendit nomina summa virum :

The Name of sublime virtue, the Name of honour,
Transcends all the highest names of men.

Atque reos servat, tegit hos insultibus, astat,
Hostes impedit et dirimit atque fugit.

It also watches over sinners, protects them from insults,
stands firm,
It hinders the enemy and also breaks them apart, and puts
them to flight.

Nomen enim mite portans precordia vite
Nil sanum gratum intueatur eo.

Indeed this gentle Name carries the vitals of life
Let nothing healthy and pleasing be admired by it (?)

Salvator Iesus est populo reddendo salutem :
Et pro grege suo pertulit ipse necem.

Jesus the saviour is greeted by a restored people:
On behalf of his own flock he endures death.

Inscriptum legitur cuiusdam corde sacrati,
Tantus ei fervor nominis huius erat.

Of whom the sacred heart is inscribed to be read
So great will be the ardour of this Name.

Hoc nomen mestis letificat, tristibus amplum
Presidium confert, bella necat trucia.

This Name gives cheer to the gloomy, confers
Much protection upon the sad, suppresses savage wars.

O Iesu o pulcher summe bonus ipse valore;
Quam pius et lenis dulcia dando foves.

Oh Jesus you are beautiful and good to the highest degree
of valor,
How much you cherish us with sweet things by being holy
and kind.

Ergo velit scribere si quis cur hoc modo tante
Laudis, erat dictus, nam Deus et homo.

Therefore whoever be it God or man, is willing in this
manner to write so much praise, let it be proclaimed.

O tu, qui Deus es excellens nomine celsis,
Gratum redde chorum nunc famulare tibi.

Oh thou God, who art excellent with a noble name,
Restore the beloved choir to attend you now.

Ut post decessum valeamus corpore tecum
Conregnare Iesu, tu pius esto, Iesu.

May we be strong in body until after death and reign with
you Jesus,
For thou art holy, Jesus.

Antiphon sung during the return to Quire

Alma redemptoris mater, que per via celi porta manes, et stella maris, succurre cadenti surgere qui curat populo: tu que genuisti, natura mirante, tuum sanctum genitorem: virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore sumens illud ave, peccatorum miserere.

O loving Mother of our Redeemer, gate of heaven, star of the sea; hasten to aid thy fallen people who strive to rise once more. Thou who brought forth thy holy Creator, all creation wondering, yet remainest ever Virgin, taking from Gabriel's lips that joyful 'Hail!': be merciful to us sinners.

Polyphonic Versicle and Respond

V. Ave Maria gratia plena.
R. Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Alleluya.

V. Hail Mary, full of grace.
R. The Lord is with thee. Blessed art thou amongst women. Alleluya.

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
Oremus.
Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriose Virginis et Matris Marie corpus et animam ut dignum filium habitaculum effici mereretur Spiritu Sancto cooperante mirabiliter preparasti: da, ut cuius commemoratione letamur, eius pia intercessione ab instantibus malis et a subitanea morte et improvisa liberemur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

V. The Lord be with you.
R. And with thy spirit.
Let us pray.
Almighty and everlasting God, who by the cooperation of the Holy Spirit, didst prepare the body and soul of the glorious Virgin-Mother Mary to become a worthy dwelling for Thy Son; grant that we who rejoice in her commemoration, by her loving intercession, be delivered from present evils and from the everlasting death. Through the same Christ our Lord, who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God for ever and ever. Amen.



THE
EXPERIENCE
OF WORSHIP
IN LATE MEDIEVAL
CATHEDRAL AND
PARISH CHURCH

Translations compiled by the Experience of Worship team, 2011
Copyright © Bangor University